[Eodem anno Agnes soror Lodewici nutrita cum Elisabeth in castro Wartpergk celebravit nuptias in Norinbergk cum duce Austrie.]

Nuwinburgk. [Eodem anno fratres Minores inceperunt x f. 128.
habitare extra muros Erffordie, per undecim annos, qui primo vene-
runt tertio Nonas Januarii. [Eodem anno VI. Cr. S. P. (E).
Idus Maii rex Dacie captus est a comite Hain-
rico de Zwirin.

[Anno Domini MCCXXIIII. Uxor Lodewici lantgra-
vii Elisabeth peperit filiam in castro Wartpergk c. 416.
nomine Sophiam, que postea duxit ducem Bra-
bantie. [Eodem anno domina Elisabeth leprosum a) ely add. c
balniavit in castro Nuwinburgk et posuit illum
in lectum principis, illo absente. Interim prin-
ceps venit, et socrus apprehensa manu filii
duxit eum ad lectum, dicens: 'Recognosce, fili,
quod hiis Elisabeth solet inficere stratum tuum.'
Tunc Deus apperuit oculos principis interiores, b) oculi
vidit ibi positum crucifixum. Qua contem-
platione lacrimatus est princeps, dicens c) coniuge d) filii
coniugi sue, nunc a talibus non desisteret.]
Hoc anno episcopus Maguntinensis Erffordie Vgl. 1142 (ob c. 25 Ti?)
suspendit divina a purificatione usque in
pascha et postea per septem dies. [Hoc etiam c) pascha
anno ventus excussit avenam in agro.

Anno Domini MCCXXV. Elisabeth uxor lantgravii
peperit aliam filiam, quam rursus nominavit So- f) rursus
phiam, propter nomen matris Lodewici lantgravii,
que in Francomia in monasterio Kitzingensi re-
ligionis habitum induens, ibi et etiam quievit. Item
eodem anno mense Julii in die divisionis apo-
stolorum Lodewicus lantgravius ~~in die divi-~~
~~sionis apostolorum~~ collegit exercitum magnum
et validum de Hassia, Sachonia, Westfalia, Thu-
ringia, Saxonia Orientali, nec non pro parte de
Francomia, ordinans et subtiliter in silentio albā
procurans expeditionem usque trans Albiam,
et prima nocte usque flumen Albiam iuxta